



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

ius testimonium requirendū erat quā uel ex ore ipsius  
aduersarij? Percussit cor.

Conscientiam facti significat in Dauide. Id quod scri-  
ptura scribit, ut indicet timorē dei in Dauide, qui etiā  
ubi potuisset, noluit contra id agere quod dei ordina-  
tione institutum erat, Ro. 13. Vnde iudicium commisit  
deo &c. Sic sensit, Deus Saulem abiicit, peribit ergo  
ubi deus uoluerit &c.

Ab impijs,

Simile Christus, Non potest arbor mala &c.

Manus ergo, scilicet ne uindicādo fiam & ego  
impius. Inuriam pati nō est impiū, uindicādo autē fie-  
ri potes impius. Scriptura deo iubet uindictā seruari.

Iustior. His oibus & uerbis & iuramento Saul  
suo ore se amplius condemnat, & horrēdo exemplo  
nobis ista impietas, quæ pœnitētiam agere uidetur ut  
Pharao plagatus, proponitur &c.

CAPVT XXV.



**M**iraris q̄ Samueli Saul non manifeste intē-  
tarit malū, de quo ipse Samuel dixit, Au-  
diet rex & interficiet me. Sed uidetur ti-  
muisse populū, apud quem uenerandus propheta ha-  
bitus fuerat uel à puero & deinde sanctus iudex in  
Israël, quin & quanti fecerit uel timore rex Samuele,  
supra declarat historia ca. 15. & infra. 28. ubi in angu-



stia cupit sibi eū suscitari à morte. Iccirco ne huic quidem luctui uideatur defuisse rex uel in speciem. Post mortem uero Samuelis, quā speciem sanctitatis prae se tulerit, forte ne populus ab eo deficeret ut manifeste impio ad Dauidē, qui iā exul iactabatur, ca. 28. declarat, abstulit enim magos &c. id qd' suo loco dicemus. Hic moritur ultimus iudex in Israël instituto regno.

In hac historia Dauidis contra Nabal, primū liceret dicere, q̄ in impium & blasphemum potuerit uti Dauid iure gladij, maxime cum & ex Iuda fuerit Nabal, quia ex progente Caleb optimi uiri, erat enim rex à deo ordinatus. Sed dum sic excusamus factum Dauidis, incidimus in periculum, loquentes manifeste contra scripturam, quae ait Dauidem uindictam quaesisse humano zelo, & in hoc bonā conscientiam habuisse, q̄ impius ille mori & occidi ab ipso debuerit, atq; iccirco iurasse contra Nabal per deum Israël. Vide uerba Abigail, uide & uerba Dauidis gratias agentis deo, q̄ sit seruatus ab effusione sanguinis, & ita esse luce clariius uidebis. Vindictam ergo iniuriae sibi illatae quaesit Dauid, id quod prohibet scriptura, & humanum quid accidit ei quod certe erat peccatum, non hic consulit dominū, ut solet, sed omnino rem iustissimam arbitrat, quā deus uelit, Nihil enim magis imponit etiā sanctis quā hic affectus, dum ad nostram bonā intentionem, ut uocant, nos componimus, non ad dei uerbū



uel uoluntatem. Hic nanq; adeo certus est Dauid in  
caussa quasi iusta, ut etiam iuramento confirmet sese  
rem confecturum, & occisurum impium & blasphemum,  
quasi non contra dei legem, sed secundū legem  
& iure. Conscientia certe erat bona, sed ut cūq; opti-  
ma sit impia est dum uerbo dei non regitur, quando  
quidem & Paulus dicit, se conuersatum coram deo in  
bona conscientia etiam à progenitoribus. 2. Timot. 1.  
qui tamē erat blasphemus & persecutor ecclesie. 1. Ti-  
mot. 1. Iccirco postea gratias agit deo, q̄ per Abigail  
auersus sit ab instituto.

Habes in hoc primo libro tria uota siue iuramēta,  
quorū primū, scilicet *Hannæ*, solū est pium, ubi om-  
nia cōmittuntur manibus dei, & liberrimū uotum est  
de re etiā libera &c. quæ illic diximus. Alterū Saulis,  
temerarium quidē sed quod speciē habeat religionis,  
de non edendo anteq̄ conficiatur exercitus aduersa-  
riorū. Alia quæ subinde iurat de seruādo Dauidē ma-  
nifestiorem habent hypocrisim. Et ubiq; contemnit se  
accepisse nomen dei sui in uanū & iurasse, id quod est  
propriū impiorū. Tertiū hic Dauidis, & ipsum te-  
merarium, sed tamen bona conscientia factum, quasi  
summo iure. Hic non contēnit sed gratias agit subinde  
deo Israël, q̄ deus nō permiserit hoc iuramentum im-  
pleri, tantū absuit ut doleret se fieri periurum. In tali-  
bus prestat nos fieri periuros & mēdaces, quā agere

Votum

Saulis

Iuratis

— — — — — votis perficitur



quod deo displiceat ut ueraces, id est, impij inueniamur.  
 Cur non idem facimus in nostris iuramentis, agentes  
 gratias deo & ueniam precantes de temeritate, postquam  
 reuelatus est nobis nostrae temeritatis error, utcumque  
 bona conscientia, sed quam non approbavit deus suo  
 uerbo, iurauerimus & uouerimus? cum interim nostra  
 iuramenta ad maiorem uergant impietatem quam si  
 impius Nabal fuisset occisus, qui occidi dignus erat. Si  
 quicquid temere iuratur seruandum est, cur non accu-  
 satur Dauid, qui iuramentum non praestiterit? aut cur  
 non laudatur Herodes, qui Ioannem occiderit? Scilicet  
 tuum iuramentum tantum est, ut liceat quasi sancte con-  
 tra dei uerbum, quo omnia subsistunt, & agere & uiue-  
 re? Per haec non uolumus uiolari quae ad pacem, ad  
 foedera licita, ad charitatem pertinent, qualia erant  
 iuramenta Ionathae, nam talia alioqui iam lex man-  
 dat sine iuramento etc. Dixi & quaedam in Deutero.

Pharan] in Arabia est uicina Iudaeae etc.

Carmelus] iste est in Galilea.

Magnus nimis. Prouerb. 17. Quid prodest  
 stulto habere diuitias cum sapientiam emere non pos-  
 sit? Habes hic exemplum, qui pessime consultum est re-  
 bus omnibus, ubi potentia & diuitiae inciderint in ho-  
 minem stultum, id est, qui uerbo dei non sit sapiens.  
 Quanta uero crucem putas hanc sapientem & timentem  
 deum mulierem portasse, tanta impietati sociatam,

*iuramentum*

*peruenit*

*ad* *Genesim*

*fortiter*



cui conuenit quicquid ubiq; legis in scripturis de muliere bona? Sed regnam post facit deus & uxore sanctissimi Davidis, Sic enim solet electos deus ducere ad inferos & reducere, & impium seruare in diem malum. Præterea hypocritæ præ cæteris se amari à deo autumant, dum melioribus donis dei insignes sunt, potentia, diuitijs, eloquentia, sapientia mundi, legis doctrina, iustitia carnali, robore corporis, forma &c. quibus hoc exemplum obijcimus Nabalis magni, diuitis, & donati optima uxore, qua nihil melius datur à deo quod ad hanc uitam attineat &c.

#### Homines isti boni.

Vides iustitiam Davidis, qui cum etiam indigeret cum sexcentis uiris, abstinuit à rebus fratrum, & ab eo quod non licebat extra necessitatem constitutis, ut hic etiã mali species abesset. Viuebat tamen cū suis proculdubio ex rapina, quã gentibus auferebat, Hoc enim ei licuit per deum, licet enim spoliare quem licet occidere, domino iubente & in manus tradente &c. Quod exemplum neminem licet imitari, nisi dominus similiter iubeat, ne dū exempla sequi uolumus sanctorum agamus contra dei præceptum.

Nabal] id est, stultus.

Fiant sicut Nabal, id est, in insipientiam uertantur & reprobam mentem, ut pereant iudicio dei suo tempore, quemadmodū Nabal periturus est, non



enim poterit deus eius impietate & blasphemiam diu  
ferre, etiam si tu David non occidas eum, non possum  
meliora de eo sperare, qui sepe admonitus à me non  
potest aliud quàm blasphemare. Hic uide tamen, q̄ ne  
in impium maritum quidem officio bonæ uxoris oblī  
ta est, cōmittens ultionem deo quem nō dubitabat se  
liberaturum suo tempore &c.

Aufer. In se transfert peccatum uiri, ut non tan  
Nabali quàm sibi donetur peccatū. Quid potuit elegan  
tius & maiori eloquentia dici à sapientibus mūdi ex  
temporaria oratione in hac causa? quis non uidet hāc  
fœminā uerbo & timore dei fuisse instructissimam?  
Faciēs &c.] Id est, dominus cōfirmabit tibi regnū.

Et prælia.] Id est, dominus confortat te ut pugnes  
pro populo suo, noli hoc dono abuti in priuatum com  
modū, ut tuo affectu ulciscaris iniuriam tibi factam.

Erit &c.] Bene precantis est. Sit anima tua ser  
uata à deo in fasciculo, id est, numero uiuentium, Hoc  
est tua uita custodiatur à deo integra inter uiuos, uita  
autem aduersariorum uertigine & rotatu iudicij deī  
intereat, ut nesciant quo se uertant &c.

Innoxium.] Sine caussa, debuit transferri, id est  
non propter rempublicam.

Et cum.] Bene precando Dauidi etiā pro se orat,  
non dubitans manū dei uenturam super Nabal.

Et ecce.] Securitas dei contemptorum describitur



tur, in quibus nullus dei timor. Contra, Christianis dicitur, Attendite ne corda uestra grauentur crapula & ebrietate, ne repēte ueniat super uos dies illa, quæ certe dies imminēbat hic Nabali dum nihil minus cogitabat.

**Et emortuum.**

Sic obstupuit ubi audiuit mortem sibi fuisse uicinam, ut Saul supra ubi audiuit se fuisse in manu Dauidis. Hic reuelata lege & iudicio dei non potest non perire Nabal, ut Cain & Iudas.

Misit.] Plures uxores habere nō fuit contra deū, sed abijcere præter caussam fornicationis.

**Saul autem &c.**

Et ad deum & ad homines ubiq; infidelitas Saulis describitur. Iam & contra legem & contra pacta alteri dat uxorem Dauidis dilectam. Promiserat rex filiam occisori Goliath, deinde adnumeranti ducenta præputia Philistinorum, & tantis promissis traditam, tanto periculo emptam charissimam uxorem tradit contra deum & homines alteri. Quia uero Dauid sciebat uiolentiam uxori factam, ideo post eam repetit. 2. Regum. 3. Adultera enim non erat quæ patris uiolentia alteri tradita erat. In hac historia Dauid est figura illorum qui in regno Christi gladio sentiunt uindictam blasphemiam in Euangelium, id est in eum qui unctus est à deo rex Christus, sed error est. Abigail autē illorum, qui tyrannidē sentiunt ferendam, & committit



tendum negocium deo, ut interficiatur Antichristi regnū spiritu oris Christi & aboleatur illustratione aduentus eius, ut liberata à tyrannide traditionū humanarum concedat Abigail in thorum Christi &c.

## CATVT XXVI.



Iphai iterum proditores scribuntur, gratificari uolentes regi, homines impij, quē admodū omnes qui non sentiunt id quod Petrus dicit, Obedire oportet magis deo quā hominibus. Atq; hic saul agit quod semper, nisi q̄ nunc maiori impietate, postquā coram Dauide peccatum agnouerat & iurauerat &c supra ca. 24. Quin & Dauid non recedit ab innocentia sua, nolens occidere regē, donec dominus occidat eum, uindictam deo committit uel doctus ex historia precedentis capituli quā noxiū sit affectus nostros sequi. Et planē hic idem agitur quod cap. 24 prater hoc q̄ hic Dauid exercitata hactenus fide fortior animo factus sua sponte cum socio descendit in castra Saulis. Tam sēpe enim seruatus certo scit se curā esse deo, & non posse Saulis impietate perire, id quod exercitata tentationibus fides in nobis efficere solet. Prouehit enim deus ex fide in fidem, donec crescamus in uerum perfectū &c. Porro ne & in hac historia sapientia carnis habeat quod cauilletur, spiritus curauit ita addi, Quia sopor à deo